

Vasis manubrium argenteum antiqui pariter operis.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO DÑO PETRO ZENO D. MARCI PROCVRATORI.

In gemma, incisarum (ut arbitror) maxima, exhibendum est Venetæ fortitudinis contra Barbaros documentum, et porrectæ in hospites gratiæ. Quod enim e Bysantino thesauro, expugnatâ Constantinopoli, in suum traduxerint Serenissimæ hujus Reipublicæ Filij vas antiqui operis, solido ex Granatô Hyacintho elaboratum, Herculei laboris indicium est immortale. Quod autem cultoribus artium bonarum pateat imago ad mensuram prototypi diligenter delineata, beneficentiæ in exteros Tuę planè singularis esse testimonium perenne debet, Excellm̃e Dominè. Tuo siquidem beneficio perinde utentur præsentes ac posteri erudito cimelio Venetæ gazæ; ac libertas Christiani populi paratum semper experta est in hujus Inclytæ Nationis robore, fide, majestate præsidium. Apertum mihi thesaurum pro lubitu describendum indulgentissimè cum permiseris; sciant universi Te privati hominis studio, et publicis literarum incrementis consuluiſſe. Vale, bonasque artes, ut facis, fove

Adolfus Gaab delineavit. Franciscus Aquila sculpsit Romę 1716. Ex Collectione GVLIELMI TALMAN.

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur

© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=aquila-f-ab3-0001